



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Swibertus Episc. 1. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. SWIBERTUS EPISC. I. Mar.

Hujus etiam splendorem multò anti
quām nasceretur, stella nuntiavit
in matris lectulum visa delabi. Propri-
tum certè sidus in SWIBERTO Hol-
landi, Daci, Lotharingi, Brunovicenses,
Frisones, Westphali, Saxones, Colonien-
ses aliique agnoscunt, ut quibus omnibus
fidem ille in superstitionis nocte pra-
cere cœpit, cùm primum anno quinto
decimo inter viros religiosos ad le-
ctus fuit, multò magis postea, cùm fa-
cere hoc impositum munus Episcopi jus-
fit. Sed & Nomen calculo suo Apostoli
officium confirmavit, quando vinclum
à Germanis, missō genio bono, è car-
cere eduxit. Testes porrò dicenti acce-
serunt præter alios cæci, surdi, muti,
dæmones adeò ipsi & tres demortui;
illi sanii omnes à Divi manu, hi vel pulsii,
vel in vitam revocati. Atque hos inter
adolescentem memorant, cui vocabu-
lum Splinterus erat. Hic SWIBERTO tem-
pli amni superstructum sacrante, dum
cymbâ ludit incautus, excidit & aquis
haustus in corpore Festum diem contami-
nat. Parentes alieni à divino cultu de-
functum in fanum proximum inferunt,
& frustra omnibus precibus arinatas.
Martis aures pulsant. Nimirum vitam
ille redderet, qui aufert omnibus. Quod
tamen

2. Mart. VITÆ SANCTORUM. 145
tamen hujus non potuit, JESU Nomen
invocatum à SWIBERTO potuit, &
puer in vitam revocatus plures à super-
stitione revocavit. Denique stella nobis
SWIBERTUS cum diu in terris egis-
set, locum suum, ex quo venerat, repe-
tit. Ex Sur.

*Etiam infidelis totum se ei debere non
ignorat, quem sui totius non ignorat au-
ctorem: quid ergo ego qui Deum meum te-
nem vitæ meæ non solum gratuum largi-
torem sed insuper etiam copiosissimum Re-
demptorem, æternum conservatorem? S.
Bern. de Dilig. Deo.*

S. CEADDA EPISC. 2. Martij.

MOrtem ut ne timeas, time Lector:
neque enim illi olim timent, qui
nunc timent; id quod CEADDA Mer-
ciorum & Lindisfanorum in Angliâ E-
piscopus manifestum faciet. Obiit ille
anno post orbem restauratum Septuage-
simò secundo supra sexcentesimum. Gre-
mium mortuo M A R I Å templum
præbuit, ipse ægris asylon tumulum
suum, cuius pluvis hauiitus morbidis
quamplurimis saluti fuit. Cæterum so-
litus est, dum vixit, quoties vehemen-
tior cælo ventus insurgeret, humi se, ab-
jicere magnisque vocibus *Misericordiam*
D E I implorare: jam cælo gravius suc-
censente, & fulgura tonitruaque mis-

K cente,